Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



95

Cap. ig.

lothasodoma &c&. Lothitaque figurā
habuisse legis. huius uxorem illū populū
ponimus, quide egypto profectus. & de
mari rubro ac persecutione pharaonis tam
quam de sodomiticis ignibus liberatus. rur
sum carnes. & ollas egypti. & cepas cōcu
meros que desiderans. retro respexit.
& cecidit in deserto. factus ē. & iam concu
piscentiae memoria inheremo. Ibi ergo lex
primum illum populum tamquam loth
retro respicientem perdidit ac reliquit uxo
rem. Inde uenens loth habitat in segor
de qua dicit ciuitas haec parua & saluabo
animam meam in ipsa. Ergo quantum ad
legem pertinet. ciuitas pusilla & non pus
illa dicitur. Ciuitas a conuersatione mul
torum est dicta. pro eo, quod plurimorū
in unum contineat uitas. hi ergo qui secun
dum litteram legis uiuunt. parua habent
conuersationem; Nihil enim grande est
sabbata & neomenias circumcisionem
carnis. & ciborum distinctiones observare
carnaliter. spiritaliter uero intellegendo